

in horridis et inuiis Canadensium Septentrionalis Americæ populorum filius primus legit. Extrema ibi omnia passus, nihil tamen inhumanum magis, quàm Hæreticos, expertus est. Feritatis oblita gens barbara integerrimi hominis innocentiam venerari discebat; cùm ecce tibi sanctitatis inimica, Deumque nesciens Hæresis, cum Anglis Canadæ oras irrupit; difficillimæ expeditionis ingens pretium fuit, exosum inde abducere Jesuitam. Habitus est in vinculis aliquamdiu; & vix tandem in Galliam nudus ab omni remissus. Intereà verò dum integrum illi esset ad noualia Canadæ redire, damnum ab Hæreticis illatum sanctè vltus est: reliquo vitæ tempore quæsiuit intentissimis studiis ad vitam illos, à quibus ad necem adductus fuerat. Docuerat olim Theologiam Lugduni, non sine laude. Reuersus è Missione Castrensi, cùm Auenionem diuertisset, & opportunitate temporis vsus secessisset in Nouitium, in ipsis